



o Quinimo si reus iterum positus.] Aliter tamen dicimus, quod confessio facta post tormenta, non dicitur facta metu tormentorum etiam in praesentia Iudicis scientis. infr. q. 64. vers. Nunc de gradibus, ibi talis confessio dicitur sponte facta, argumento eorum, quae dixit Marfil. rubr. de fideiuss. num. 98. His adde Hippolatum Riminald. inter consil. criminalia diuers. conf. 106. num. 15. par. 1. Drogh.

Quinimo si reus.] Ad 140 de, quod tortura non potest repeti ultra tres vices diuersis temporibus, & si non constituitur, seu confessionem non ratificet, habetur indicia pro purgatis, ita tenet Paul. de Castr. in consil. 299. vifa inquisitione, vol. 2. in fine, Marfil. in sua pract. crim. §. quoniam, num. 8. Gramm. in consil. 21. & in voto 6. num. 17. & si ultra tres vices torquatur, dicitur tortura immoderata, vt ibi per eos, & Io. Ant. de Nig. in cap. 7. frequens, num. 50. sed ego arbitror, considerandum esse grauitatem delicti, qualitatem rei, & qualia precefferint indicia, quae possunt adeo esse vrgētia, vt quarto reus etiam torqueri poterit, & ita etiā videntur tenere Blan. & Carrer. in locis hic citatis & tandem si non ratificauerit, debet relaxari sub fideiussione de se representando, uel absolui ab haecenus deductis, Char. in praxi interrogan. reo lib. 4. c. 1. nu. 164. Baiard. p. sed crederem.] Far. d. num. 96. Ros.

q. Absolueretur rebus stantibus.] Adde inf. q. 62. ver. forma autē absolutionis, verum de tali absolutione reb. stantibus, cachinatur Alc. in l. si caluniator, num. 4. ver. & idēdē bis errant ff. de verb. sig. vide inf. q. 57. vers. & hac quidem, vbi habetur de absolutione, eo quia non constat de delicto, nec quod crimen, vel delictum aliquid commissum fuerit: Limita tamen praesentem regulam ratificandi post tormenta, vt hic; quando quis tortus fuisse ob eius confessionem extrajudicalem factam de delicto: de qua confessione extrajudiciali habetur, supra hac eadem quaestione. vers. Confessio: quia tunc si in tormentis confiteatur, non est opus alia ratificatione ex mente Tindar. quem refert, & sequitur Felin. in cap. olim, coll. mihi 4. ext. de rescrit. & ibi Apostilla, quem allegat Soc. conf. 218. in causa Gabriellis, in 2. vol. quicquid alius dixerit Blanc. contra Ias. in suo tract. de indic. & tor. num. 208. Ant. Gomel. tit. de delict. c. 13. num. 8. Nam ex quo confessio extrajudicialis, de qua appareat tam per testes, quam per eius confessionem, dicitur sponte facta, non requiritur alia confessio, nec alia expressior ratificatio. Boss. tit. de confes. num. 2. & 19. & num. 59. in confesum etenim nulla sunt partes Iudicis, nisi in condemnando, l. 2. ff. de confes. alius recte sic dici non potest, sed deberet dici, in confesum partes Iudicis sunt, vt ratificari faciat, quod etiam elicetur ex Menoch. de arb. iud. lib. 1. q. 51. num. 8. & eo maxime hic dicta procedunt, postquam certi 141 si mus, quod etiam alius confessio extra tormenta ad cau-

telam tantū ratificari solet, non quod sit necessaria: Menoch. d. tract. lib. 2. cent. 1. cas. 38. in princ. vide infra ad q. 55. vers. vnum tamen, & q. 95. vers. finali, demū distingue, vt ibi. Adde Mich. de Grassis tract. comm. opi. in verbo, Confessio. q. 4. vbi quod in iudicio facta non requirit ratificationem. Drogh.

r. Minae praecedentes.] De minis, vel iactationibus Farinac. vol. 2. quaest. 50. Ros.

Minae praecedentes.] Adde, quod odium praecedens, & minae sequentes sufficiunt ad probationē indicij, quia quae non profunt singula, multa iuuant, & hoc procedit licet inimicus talia facere consuetus non sit, si enim esset consuetus, sola inimicitia faceret plenā probationem, ita tradit 142 Crauet. conf. 35. nu. 3. & quae indicia contra minantē oriuntur, Mascard. de probat. concl. 1057. vol. 2. & Menoch. de praesumpt. q. 89. num. 65. & quando offensus alii haberet inimicum, tunc minae non facerent indicium, secundū Casan. in tract. de indic. cap. 1. num. 17. secundum Paris. de find. in ver. tortura cap. 6. numer. 3. remittitur arbitrio iudicis, an minae faciant indicium ad torturam, quae sequitur Boss. in loco hic allegato.

143 Item adde, quod minae probantur per testes singulares, vt Gram. decif. 5. num. 15. & Dominus Pet. Ant. a Petra in tract. suo de fideic. q. 12. num. 542. & licet Foller. in pract. crim. in versic. item, quod sortorem venenauit, numer. 25. dicat hoc procedere, quando testes essent singulares ratione loci, vel temporis, secus vero si non concordarent de qualitate minarum, quia iudicio meo ista declaratio, siue restrictio non est vera, quia quando quis minatur, minae non sunt semper vno modo, & eisdemmet verbis, sed potest esse, quod ad praesentiam vnus testis vno modo minatus fuerit, & ad 144 praesentiam alterius alio modo, & quomodo tollatur tale indicium minarum vide Blanc. de indic. numer. 183. Baiard.

l. Nam si quidem sunt minae prolatae.] Adde infra q. 60. versic. frequens, quomodo autem intelligantur verbalia ista ab aliquo prolata, l. o me ne vendicard, & verum sint minatoria, vide Alexand. consil. 188. numero 7. volum. 7. referente Crau. conf. 151. sub. numer. 18. quando liceat minantem occidere, vide Bald. in rubr. Cod. quando liceat vnicuique Drogh.

Nam si quidem.] Far. d. q. 50. nu. 1. & 10. vsq. ad finē. Ros. t. Carrer. in pract. Adde, atque vide per eundem in §. homicidium 6. num. 93. Giach.

u. Blancus de indicijs.] Nouell. in praxi, numero sexagesimo primo in verbo, Minae, & iactatio, Mascard. conclus. 161. Ros.

x. Subici.] Thefau. decif. 24. num. 3. & 9. Farin. d. num. 10. & 11. Ros.

y. Pax seu transactio.] Adde an pax, vel transactio faciat 145 indicium ad torturam Plot. in repet. l. si quando. §. 54. numer. 16. fol. 279. vbi tenet, quod sic, si pretio fuerit facta; secus gratis, idem tenuit Brun. in tract. de indic. & tortura part. 1. quaest. 3. num. 27. & Marfil. in pract. crim. §. diligenter, nu. 178. ad hoc vide etiā Vulpell. in tract. de pace q. 27. & latē per Mascard. in tract. de prob. concl. 506. vol. 1.

146 Item adde, quod si pater pacificetur pro crimine filij etiam mediante pecunia, quod non facit indicium contra filium, si ipse non consensit, Corn. conf. 300. in hac consulatione, uol. 3. Afflict. in consil. post citationem in fin. vbi dicit habuisse de facto, quem sequitur Io. Ant. de Nigr. in c. 220. ad consulationem, num. 24.

147 & similiter quod praesumptio non est contra accusatum, si constangineiusi testium depositione impeditur, Abb. in c. constitutus, de testi. Bal. in l. 1. vol. 4. C. de seru. fug. & Cur. Sen. conf. 41. n. 2. Ba. z. Ad torturam.] Adde, atque vide per Plot. in tract. de in lit. iur. §. ultimo, num. 16. Item vide per pract. Car. sub. num. 125. vide etiam Boss. tit. de pace, num. 23. et fufius tit. de md. & considera ante tortu. & Ias. l. transigere. col. fi. C. de transf. Giach.

a. Et idēdē cautela est.] Nota pacis, & reconciliationis modum ad euitanda fidei retia, & adde quod talis pax apud nos fieri solet per Notarium stipulantem nomine cuiuscūque interest, vt inf. q. 58. vers. Dicitur est Capyc. decif. 73. sub. num. 2. An autem talis pax competat feminis, & quando, vide Dec. in l. feminae, num. 54. ff. de reg. iur. & dicta q. 58. vers. Sed quid si inter, & not. contra opinionem vulgariam, quod propter pacem; non tamen sciscus desistit a procedendo Bal. in l. si quis in hoc, nu. 5. C. de episc. & cler. Drogh.

148 Et idēdē cautela est.] Adde quod alias tres cautelas, quibus pacificens sibi non praedicit: prima est, ut pax, & concordia fiat iussu iudicis; secunda est, ut pax fiat gratis per pactum gratuitum; tertia est, ut reus expressē neget crimen commississe, & non animo confitendi delictum, sed quod facit talem concordiam ad euitanda dispendia litis, Cæpp. caut. 240. & Brun. de indic. car. 3. col. 4. uerf. quæro quid & Ias. in l. transigere in fine, C. de transf. & notarius in caut. hic per D. Clarum, postea, quando stipulatur nomine quorum interest, debet ponere non animo confitendi delictum, secundum praedictos Doctores, vbi supra. Baiard.

b. Quorum interest.] Adde, quod hanc ceteris meliorem inquit Ias. in l. transigere, col. fi. uerf. aliam meliorem. C. de transf. & fuit cautela Alber. ibid. Giach.

c. Mendacium, seu variatio inconstantia, & titubatio.] Quod de testium uacillatione, & trepidatione, die, quod de 147 bet scribi in actis, & tunc iudex potest illis testibus fidem non adhibere: sed talis causa debet inscribi in actis ne postea teneatur iudex in syndicato. Et quando testes dicantur uacillare, vel uariare, uide de omnibus per Dec. in cap. quonia contra. de prob. numer. 49. & 50. & not. ad materiam, inquit,

quod talis uacillatio debet scribi praesente ipso teste; ne contradicere possit: quia pro tali uacillatione puniri potest saltem poena extraordinaria. Item post Abb. inquit, quod notarius debet uacillationem scribere, quod iudex ita dicit: non quod ita sit. Et non potest not. scribere uacillationem, nisi de consensu iudicis, alias non probaret: quia officium iudicis necessarium est in scribendo, ut per Dec. illic. Giach.

Mendacium.) Thefau. addas decif. 24. nu. 2. & 8. Farin. q. 52. num. 2. & seqq. ubi de uacillatione, titubatione, trepidatione, tremore, pallore, timore. Ros.

Mendacium, seu variatio.) Adde, quomodo probetur mendacium, Boss. in tit. de indicijs & tor. num. 37.

150 Item adde, quod licet principalis uariatus non possit torqueri, tamē examinatus uti principalis quoad se, & tanquam testis quo ad alios, prout communiter solet fieri per actuarios, & in eo, quod respicit focios fuerit uariatus, uel conuictus per alios testes, quod occultet ueritatem, poterit torqueri, secundum Carau. in tit. 76. in fi. requiritur tamen, ut feruentur ea, quae feruari debent in tortura, quae inferunt reis inquisitis, secundum Foll. in pract. crim. in uer. capiatur informationem, num. 38. & quo ad principalem, quando est uariatus, siue contrarius in his, quae non spectant ad eius defensionem, est torquendus, secundum Blanc. de indicijs, numer. 269.

151 Item adde, quod perfectum non dici examē, siue negationē, si in eodem constituto reus reuocauerit primum dictum cum rationis redditione Bald. in leg. Presbyteri, Cod. de episc. & cleric. & Ias. in l. lecta, ff. si cert. per. & Burfat. in consil. 79. nu. 152 mer. 15. Quinimo si habetur in decif. Pedem. 76. n. 17. quod reus potest corrigere dictum suum, antequam conuincatur docto de errore.

153 Item adde, quod mendacium facit indicium, si fuerit tradita copia mendacij cum termino ad purgandum Marfil. in consil. 51. num. 71.

Item adde notab. distinctionē Blan. in repet. l. si ff. de quaest. quem refert, & sequitur Rim. iun. consil. 302. num. 16. uol. 3. 154 ubi quando mendacium faciat indicium ad torturam & de hoc uide etiam Franc. Casson. in tract. de indicijs tract. 9. c. 2. & Crau. conf. 260. num. 5. & Nat. in consil. 42. num. 4. & conf. seq. & 499. uol. 3. & Mascard. concl. 1040. uide etiam Vulpell. 155 in consil. 109. num. 8. ubi dicit, quod mendacium etiam a remotis ad indicium faciendum, prodest, & Gram. in consil. 17. num. 9. de eo, qui negauerat comedisse domi alicuius, & quā 156 do mendacium est ualde substantiale de per se, est indicium 157 sufficiens ad torturam, Alb. conf. 56. num. 31. & deprehensus in mendacio, quomodo sciuerit de delicto, statim poterit torqueri. Iacob. Nouel. in tract. suo num. 2. & 18. Baiard.

d. Et eam, quae oritur ex mendacio.) Infr. q. 90. uerf. Aut uerō in fin. uide tax. in l. 2. C. de reb. cred. Drogh.